



Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CCXCII. Ioannis Papae VIII. Ad Archiepiscopvm Viennensem. Arguit quod detruso in carcerem Optando episcopo, alium in ecclesiae Geneuensi constituerit. praecipit vt illum sedi suaue restituat, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

EPISTOLA CCXCII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD ARCHIEPISCOPVM VIENNENSEM.

Arguit quod detruso in carcerem Optando episcopo, alium in ecclesia Geneuensi constituerit. præcipit ut illum sedi suæ restituat, atque ad Synodum veniat ad diluenda ea quæ ipsi obiiciebantur.

Oteramo Viennensi archiepiscopo.

Zach. 1. R ELATV veraci didicimus, sanctimoniam vestram in Geneuensi ecclesia episcopum consecrassæ, cui nos, necessaria temporum qualitate perspecta, iam primum clericis eiusdem ecclesiæ suggesteribus, auctoritate apostolica præfeceramus episcopum nomine Optandum. Quo auditio, audaciam & temeritatem vestram nimium admirantes, ob id maxime turbati sumus: eo quod non solum super ordinationem nostram obices manus habuistis, sed etiam ad contemptum & iniuriam sedis apostolicæ præfatum episcopum turpiter capientes arcta custodia retrusistis, & rebus, omnibusque supellestibus eius direptis, haec tenus retrusum affigitis, & contra omne ministerium vestrum, quod nulli Christiano licet, sacerdotem Domini tetro carcere maceratis: non habentes præ oculis scilicet, quod sacerdotes Domini sacra scriptura aliquando deos, aliquando angelos nominet, & qui eos tangit, tangat pupillam oculi Domini. Quapropter auctoritate Dei omnipotentis, & principum apostolorum Petri & Pauli, simulque nostra, vobis præcipimus, ut accepta hac nostra epistola, aut quoquomodo tenore illius auditio, si intra octo dierum spatia iam dictum episcopum propriæ sedi, proprioque honori & dignitati reddere, restituereque contempseritis, a corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi, cum omnibus vobis in hoc factò fauentibus, sitis prorsus extores, quo usque iuxta hanc nostram dispositionem perficere fategeritis. Et quia alia multa vobis a quibusdam obiiciuntur, quæ synodali discussione sunt corrigenda, decernimus ut omni excusatione remota octauo Kalendas Octobris futuræ primæ

indictionis Romam ad Synodum occurrere non omittatis : vt tunc & de vobis obiectis rationem reddatis , & si aduersus eumdem episcopum a nobis consecratum aliquam querimoniam habetis , canonico valeamus , quidquid illud fuerit , Deo iuuante libramine diffinire . Hoc etiam scientes , quia si ad eamdem Synodum præfato tempore venire distuleritis , canonicæ in vos censuram sententiæ proferemus .

EPISTOLA CCXCIII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD CAROLVM IMPERATOREM.

Queritur multa bona ecclesiæ Romanæ a VVidone quodam marchione erupta . rogat vt ecclesiam defendat , & ipsemet adiutor veniat .

Ad imperatorem Carolum.

CVM & ante suscepsum imperium , & post Augustale sceptrum , per humilitatis vestræ ministerium vobis diuinitus attributum , nos quidem multoties pro innumeris necessitatibus , & multiplicibus oppressionibus , qua sancta mater vestra Romana ecclesia quotidie patitur , ingenti mœrore afflitti reclamassemus : nullum usque adhuc optatae consolationis valuimus promereri auxilium vel defensionis solatum : quia de omnibus immobilibus rebus territorii sancti Petri , quas nobis Rauennæ consistentibus , in præsentia serenitatis vestræ , vterque VVido marchio pro reinuestitione reddidit , nec unum recepiimus locum ; sed ipsi & homines eorum contra ius & æquitatem omnia retinere præsumunt : nam nobis in Pentapolii , hoc est in vrbe Fano consistentibus , Adelardus reuerendissimus episcopus , & deliciosus vester , communique fidelis , secundum delegationis iussum aduenit , & ibi præfati VVidonis , & satellitum eius , qui nostra violenter tulerunt , ac retinuerunt , præsentiam prætolatus sumus : quatenus vel inde omnis emendationis , & iustitiae cœpto initio , per ceteras vrbes , de omnibus iuxta clementiæ vestræ decretum , recipiendo coram legato vestro iusticias , pariter proficisceremur : sed illo semper fidente iudicium , & vestræ iussionis piissimam sanctionem

Concil. Tom. 24.

Vu ii